inquit, Serapis facite. ut n. Bacchus inter Satyros  
est. ita Serapis ab Aegyptiis specie bouis colitur.

Obiurgatus quod intraret loca  
spurca ac parum honesta. et sol inquit subit latri-  
nas nec tamen inquinatur. sensit probum virum  
non fieri deteriorem ob loci infamiam.

quem in phano cenaret, sique pares  
sordidi essent appositi, abiecit illos e phano di-  
cens. in templum nihil oportere ingredi sordidum.

Cuidam proaciter interroganti  
quer quem nihil sciret. se philosophum profi-  
teretur. si philosophum inquit simulato. hoc  
ipsum est philosophari. subnotans philosophiam  
rem esse usque adeo difficilem, ut eam vel simu-  
lare magna sit philosophiae pars. quemadmo-  
dum multum regis habet, qui scite regis personam  
possit gerere. et qui simulat imitatur at imi-  
tari philosophos. est philosophari. hoc est phi-  
losophiae studium esse.

quidam adduxit puerum ad dio-  
genem. ut illius doctrina fieret particeps. ut  
autem illum philosopho commendaret dixit  
eum excellenti ingenio optimis que moribus



praeditum esse. huiusmodi generis. quid regitur eget. mei?  
notavit immodicum laudatorem qui hoc tribueret  
adolecenti. cuius adipiscendi gratia, sicut pueri  
tradi philosophis. satis erat, probam indelem  
bonamque spem in pueris predicare. —

quidem uirtute loqueretur. nec  
recte uixerent eos. dicebat. cythara si mihi  
qua sono prodesset aliis, ipsa nec sentiret, nec  
audiret querequam. hoc dictum non multum  
ab ludis ad dicto beati Pauli de cymbalo  
tinniente.

quodam die cum populus theatrum  
egredere egredere. ipse aduersus populum ritens  
ingrediebatur, interrogatus quare id faceret, hoc  
inquit in omni uita facere studio. sentiens  
hoc esse philosophari. in omnibus actionibus  
quam maxime a multitudine dissidere pro-  
ferca quod uulgi hominum cupiditatibus  
agitur. non ratione. —

quem uideret cantorem quendam  
uicordem ac moribus incompositis aptare  
et psalterium. non te tui pudet, inquit quoniam  
uigro aptare nouis, uitam ad rectam rationem  
componere nescias et hoc apoglymata. ex  
superioribus uidetur effectum.

Dicens auidam quem ad sapientiam  
studium

studium hortabatur. non cum idoneus philo- 112  
sophia. quid igitur uiuis inquit sibi nulla  
recti uiuendi cura est? non enim in hoc uiuit  
homo ut uiuat tantum. sed ut discat recte  
uiuere. Natura gignit ad uirtutem dociles, doctus  
non gignit. — natura dat  
uiuere phi  
sophia  
dat recte  
uiuere

ad eum qui patrem despiciebat  
non te pudet inquit eum contemnere. cui debes  
hoc ipsum quo tibi placeas. dicis gratia sita est  
in allusione contrariorum. pugnant inter se  
despectui esse. et sibi placere, —

audientem adolescentem honesta  
specie uerbis parum honesti utentem. non  
te pudet inquit. qui ex eburnea uagina plum-  
beum educaas gladium. ebur olim in summo erat  
precis. animus corpore tegitur, ita in oratione  
reducet. —

quem ille quippiam probri uice  
obiecisset, quod in caupona biberet et in tostina  
inquit tondetor, significans nihilominus ho-  
nestum bibere. quam tondere aut radi, <sup>et</sup> quem admo-  
dum nemo reprehendit in tostina radi. quod  
is locus si rei paratus sit. ita turpe uideri non  
debet. si quis bibat in caupona. modo bibat  
modice. nam prima dice bibere, quouis  
loco turpe est.

Diogeni de non irascendo accurate

212  
Dissentienti adulescens quidam protervius salutem  
periculum faciens an re praestaret ea quae ro-  
bat, inspicit illi in faciem. Tulit hoc leniter  
et sapienter. non quidem inquit irascor, sed  
dubito tamen an irasci oporteat.

Conspiciens quendam meretricis supplicem  
ut impetraret quod petebat, quid inquit? tibi vis  
miseri? praestat non impetrare quod rogas.  
A scorto rejici feliciter est quam admittere, et tamen  
plenisque malum suum et ambiunt instanter,  
et magno emurrit.

Quidam habentis capillos unguento  
delibuto. caue inquit ne capitis suavolentia,  
vita melivolentiam abducat, nam graecarum uocem  
jucundam affinitatem utcumque reddere studimus  
unguentum enim ut uiro arguit  
mollitiem, fama porro uelut odor est hominis, si-  
mile quiddam dixit Martialis.

Quis non bene olet, qui bene semper olet.

V. Diebat proter seruus ac dominos malos  
proter uocabula nihil aliud interesse, nisi quod man-  
cipia seruirent dominis, domini cupiditatibus, signifi-  
cans utroque esse seruos, miseriozem tamen seruire  
seruitutem dominos, quam mancipia, si sint improbi  
nam qui ducitur affectuum arbitrio, et multos habet  
dominos et turpes et inclementes.

græci mancipia præcipue fugitiua

219  
Vocant quae dictio videtur composita  
ex viro et pede cum grammatici uariam reddant  
etymologiam, quem igitur quidam improbus, Dio-  
genem interrogasset, quare mancipia fugitiua, di-  
cerentur. quoniam inquit pedes habet  
uirorum, animum autem qualem tu nunc habes  
qui hoc percontaris: sentiens illi esse mentem non  
hominis sed pecudis.

A prodigo petebat minam, ille  
miratus improbam postulationem, rogabat quid  
quem ab aliis obolum petere soleas. ane minam  
petis? quoniam inquit ab aliis iterum me accep-  
turum spero, ate uero an unquam post hac acceptu-  
rus sim. id est indecorum genus <sup>6us</sup> ritum  
est, attulit enim hoc Plomeri hemistichum.  
significauit autem homini profuso periculum  
imminere, ne breui redigeretur ad extremam in-  
opiam, ut ne obolum quidem haberet reliquum.

Animaduertens quendam imperite  
iaculantem proxime scopum conuertit: quum id faceret  
in interrogantibus, ne forte inquit me feriat, significans  
illum quiduis percussurum citius quam scopum  
at alij spectatores quam prosunt longissime  
se se a scopis se mouent, referantur.

qui scopum non attingunt hi uel  
id est frustrari dicuntur, at Diogenes  
negauit illos frustrari, qui aberrant a scopo.

sed eos qui curas suas ad voluptatem vellet  
ad scopum dirigerent nam ab his petunt be-  
atitudinem ~~per~~<sup>cum</sup> per eas deveniant in sum-  
mam miseriam.

interrogatus num quid mali esset  
mor. quos inquit patio malum cum praesentem  
non sentiamus? quod autem ab eo nullum malus  
est dum sentit homo vivit, nondum igitur ad-  
mor. quasi absit ab eo sentit, malum autem  
non est quod non sentitur, hanc rationem qui-  
dam tribuunt epicuro. Mor. quidem malum non  
est, sed iter ad mortem miserum est, id est metum  
in usque tota hominis vita quid aliud est quam  
iter ad mortem.

Sciant alexandrum magnum  
adstantem diogeni quaesivisse ab eo num ipsum  
metueret, at ille quis est bonus <sup>an</sup> malus? alexan-  
dor respondit bonus, quis inquit timet bonum  
conruicit regem non esse metuendum, nisi verma-  
lum esse profiteretur, sed eodem eny memore colli-  
gerit deum non esse timendum.

creditionem omnibus hoc ser-  
mone commendabat, quod diceret eam iuven-  
bus affere sobrietatem, senibus solatium,  
pauperibus divitias, divitibus ornamentum  
propterea quod statem suam sponte libris

cam cohercet ab intemperantia. senectutis 120  
in comoda honesta solatio. mitiget pauperibus  
sit prouiatice, non enim egent eruditi; diuitum  
fortunas ornent. //

Didimon qui uirgo audiebat adul-  
ter curabat oculum uirginis, ei Diogenes di-  
xit uide. ne corrumpas pupillam. hoc dictum  
apud nos perdit suam gratiam. apud grecos au-  
tem. et uirginem sonat, et oculi  
pupillam. turit igitur ex ambiguo Diogenes. //

Dicebat uisum atque caecitatis  
nem quemadmodum in actionibus extrahit. ita et in actio-  
nibus uirtutis et animi tum claritatem quandam. tum  
facilitatem parere. //

Dicebat <sup>nec</sup> non legem esse sine ciuitate.  
nec ciuitatem sine lege, //

Nobilitatem atque hoc genus alia  
fortuna decora, dicebat nihil aliud esse quam uelamen-  
ta malitiae, diuites enim cum alijs nihilo sint melio-  
res tamen peccant licentius. iuxta illud flacci de  
diuitis et quicquid uolet. hoc ueluti uirtute peracti  
sperant magna laudis fore. nobiles autem pleriq;  
et hodie sibi nihil non permittunt. //

quem Xenocles seruiret, amici  
agebant de illo redimendo at ille nequaquam  
inquit, an nescitis leones non in seruire leonibus  
nam leo ubi cunque est. semper leo est. //

quem a letali somno esset experiret  
medicus que rogaret quid ageretur, recte inquit  
nam frater, fratrem amplectitur, alludens ad Ho-  
merum qui germanos finxit  
quod somnus mortis sit imago. —

Rogatus quomodo se vellet sepeliri  
jussit cadaver abici in humatum, Tum amici  
uo lucibus me et feris, minime vero inquit  
sed bacillum prope me quo illos abigam ponite.  
Rursus illi qui poteris, non enim sentiens, quid  
igitur inquit mihi ferarum laniatus dberit  
nihil sentienti?

quem Plato laudaret quendam  
hoc nomine, quod erga omnes esset humanissimus  
quid inquit Diogenes, illi tribuendum <sup>non</sup> est, qui tot  
annos in philosophia versatus, nullam hactenus  
affecit dolore, sentiens, proprium philosophi munus  
esse mederi iustis hominibus, id autem fieri  
non posse nisi metu ac dolore: metu prohibe-  
lore presentis ignominia

idem in lacedaemonum peregrinum  
quendam conspicens, se se Stadium ad festum  
diem componentem, quid facis inquit an non  
quilibet dies viro bono festus est: sentit hunc  
mundum esse phanum deo dignum, in quo  
constitutus homo, semper honeste, cunctis incon-  
spectu nimirum omnia cernentis versari deberet

petorisit hunc proverbium, quo dicitur. pigri  
semper esse festum. —

121

Dicere solet adoleſcentibus in  
tricem domos ingredi ut perspicias quam  
viles res quanto emantur precio. huc alluſit  
Terentius hęc omnia nosse salus est adoleſcenti  
suis —

ad salutem opus esse dicebat, aut fidis  
amicis, aut acerbis inimicis eo quod illi morient,  
hi redarguant. utriusque diuersis quidem modis. sed  
Pariter prount dum per est vitia nostra discimus

Hoc Laecius tribuit antistheni Plutarcho. Diogeni  
interrogatus a quodam quo pacto ma-  
xime posset ulisci inimicum. si te ipsum probum  
et honestum uirum praestiteris. Hoc qui facit. et  
sibi prodest maxime, et inimicum maxime  
discruat nam si furdum conspicies. bene-  
cultum discruat ut inimicus. quid fiet. si te  
ipsum uiderit ueris ornatum bonis. —

quem Antisthenem morbo decum-  
bentem inuideret. dixit. nunquid amico est opus  
? significans in rebus afflictis potissimum fidis  
amicis utendum qui uel re opitulentur uel con-  
solando molestiam mitigent. —

ad eundem alia quoniam acce-  
perat illum amove uita morbum fere molestius  
cum sica ingressus est. ad quem quem antisthenes



101  
dixisset quis hujce doctoribus liberabit? dioge<sup>nes</sup> &  
prolata sic hæc inquit contra antisthenes do-  
ctoribus. inquit dixit non vita. —

Corinthum profectus ludum ingre-  
sus est quem ibi Dionisius reus pulsus aper-  
uerat audiuit que Pueros male canentes. inkrim  
ingressus Dionisius. quoniam Putabam Diogenem  
consolandi gratia uenisse. humaniter inquit  
facis Diogenes hæc est rerum humanarum  
uolubilitas. imo inquit Diogenes miror. te  
etiam nunc uiuere. qui tantum malorum in  
regno patrauis: et uideo nitulo meliorem esse  
ludi magistrum quam fuisti rex. —

idem dicebat ceteris mortalibus  
quibus res sunt prospera. uita iucunda est. mors  
odiosior: rursus infelicibus uita grauior est.  
mors. optabilis, at horum utrumque tyrannus  
est molestus: siquidem ut uiuunt, infuauis  
iis qui mortem uehementer optant, ita mortem  
perinde metuunt, quasi uitam suauissime deant. —  
quem Durum cospiceret in deco-  
re se gerentem. pedagogum illius baculo percu-  
dit dicens quæ. sic instituis? indicans prima  
etatis formatoribus potissimum imputandum  
esse si adulescentes euadant male morati  
aut secus refert Aphythonius a Priscianus. —

Quidam probris gratia dicitur  
 paupertatem quam ipsam esset selevosus; de  
 paupertatem inquit, neminem uidi torqueri.  
 de infortiam multos.

Paupertatem appellabat uirtu-  
 tem id est qua perse dicitur. diuitibus  
 opus est multis praecipis. ut frugaliter uiuant  
 ut corpus exerceant laboribus: nec corporis  
 ambitioso cultu delectentur. Aliaque in nu-  
 mera quae omnia se ipsam docet paupertas.

Lacedemonijs quibus merito pri-  
 ma laus debetur in apophthegmatibus subiicimus  
 tres philosophos sed in hoc genere  
 praecipuos quibus addimus Attides  
 reges. qui ciuiliu dictoru  
 gratia praeteris  
 celebrantur ne  
 celorem turba  
 rerum de  
 ruamus.

# LIBER III

Philippus Macedo —



et gratiarum regi bus mea sen-  
tentia nullus fuit. quem  
cum philippo rege Macedonum  
alexandri magni patre. conferamus. uel  
ingenij dexteritate uel didorum urbanitate

is dicere solet athenienses  
sibi magnopere beatus uideri qui quotannis  
inuenirent decem. quos belli duces crearet  
cum ipse multis annis unum dumtaxat  
belli ducem reperisset Parmenionem. signi-  
ficans inutile Reg. sub inde mutare duces  
sed satius esse quem idoneum ac fidum na-  
bus sis cum non mutare, tum in bello non  
referre. quam multi sine duces. sed quam  
bello gerendo accommodi.

quem illi nuncium esset allatum  
uno die multas res feliciter ac prospere gestas esse.  
nam eodem tempore de thirippo uicerat in Olym-  
pijs. ipsi masculum fetum erat enixa. porro deij  
in eadem manibus exclamauit. et fortuna

et Parme-  
nio dar-  
nenses pro-  
fus fuga-  
rat. et  
olympias

L23

inquit propter tantis que bonis leuigropiam  
male me affice. uir cordatus. Simus non insolen-  
ter gessit de rerum successum sed fortuna  
indulgentiam suspectam habuit. cuius ingenium  
esse nouit ut quibus exitum molitur. his prius  
noua rerum prosperitate blandiatur. huc per-  
tinet quod de polycrate samiorum tyranno  
refert Plinius.

quum subactis grecis quidam  
ipsi auctores essent ut ciuitates praesidij. contineret.  
ne deficerent male inquit diu bonus. et comodis  
quam breui tempore dominus appellauit. sentiens  
regnum quod Beneficiis ac bene uolentia tene-  
retur esse perpetuum quod uis metusque non esse  
diuturnum

quidam potulantiore lingua  
maledicta confice solet in philippum. hunc amici  
hortabantur. ut eiceret in exilium. at ille nega-  
uit, se hoc facturum. demirantibus quid ita  
ne inquit obremas inter plures male de me loqua-  
tur. quod male dicum non egit in cruce. uel  
clementia erat, quod ignouit. uel magnanimi-  
tatis. quod contempsit: quod noluit expellere  
prudencia plus enim nocuisset.

Simicithus nicanorem deferrebat  
apud regem quod sine fine de ipso male loquere.

292  
tunc cumque suaderent amici ut hominem  
accersi uerberet ~~de~~ <sup>et</sup> eo supplicium sumeret  
Philippus ita respondit. nicanor non est. ma-  
donem pessimus. uidendum est igitur. ne ubi  
nos aduenimus in officio sicut igitur cognoui uelhe-  
menter afflictum inopiante tamen a rege neglectum  
fuisse, iussit donum aliquod ad illum  
deferri hoc facto cum rursus amicis  
diceret regi. nicanorem apud omnes sine  
fine predicare laudes ipsius. uidetis igitur  
inquit in nobis esse ritum. ut bene aut male  
audiamus ~~in~~ quantum absunt ab  
huius principis ingenio. qui nunquam sibi  
uidetur. satis laudari cum nihil faciant  
laudandum. nec student beneficiis. sibi con-  
ciliare beneuolentiam hominum. sed metui ma-  
lant quam amari. quemque saepe numero  
faciant, detestanda idque Palam tamen perit  
quisquis ausus est hucere

arbat se his qui in republica  
athensium administranda primores essent plurimam  
habere gratiam quod suis conuitiis efficerent  
ut ipse non oratione. tum moribus euadere melior  
dum conor. inquit illos dictis pariter ac factis  
mendacis conuincere. ouere philosophicum  
principis animum. qui nouit etiam ex inimicis

Capere utilitatem nec quod vulgus solet hoc  
tantum spectare. ut maledicis efficeret malis sed  
ut ipse minus malus redderetur illorum ma-  
ledictis admonitus. —

L24

quem Athenienses quod quod  
apud Caroniam capti fuerant, gratis dimississet.  
illi vero etiam vestes stragulasque reposerent  
atque hac de causa. macedones in ius uocaverunt  
vixit Philippus dicens. quid? nonne videntur  
athenienses arbitrari. se a nobis in talorum ludis  
videtur esse. tan civititer tulit videtur videtur  
in gratitudinem. quod non solum gratias non  
agerent. quod ipsi et in columas et gratis fui-  
ssent dimissi. verum etiam criminarentur  
quod non simul et amictus et stragulas  
redderent quasi nescirent, quale esset in bello  
quasi que nihil aliud esset certare armis quam  
certare talis qui ludus est puerorum. —

quem esset illi clavicula in bello  
facta ac medicis a quo curabatur in singulos  
omnino dies aliquid posceret. sume inquit  
quantum vises. nam clavam habes: audens  
anapiti voce enim graecae et clavam  
ponat qua aperitur scrinium aut ostium  
et commissuram humeri cum pectore. quid  
hoc animo circueas. cui et indolere. et erga

auarum medicum iocari libuit nec oborucia  
tum morosior nec improbitate postulantis offen-  
sior //

Duo erant fratres quorum alteri nomen  
amphoteror quod graecis sonat ambo alteri he-  
cateror. quod illis sonat uterque. philippus  
itaque atrimaduertens. hecateron esse cordatum  
ac gerendis rebus accommodum contra amphotero-  
ron ineptum ac degenerem in uertit illis no-  
mina dicens Hecateron esse amphoterori, am-  
photeron autem esse uereron id est neutrum  
significans alterum fratrum. uidelicet. Heca-  
teron duorum in se uirtutes complecti. alteri  
nihil relictum. itaque ei qui amphoteror dice-  
batur. mutauit nomen in contrarium ut

dicitur quasi nullius precij //

quibusdam ipsi consentibus ut  
cum atheniensibus asperius ageret respondit. Mos  
absurde facere. qui homini cuncta ad gloriam  
suum agentium patienti suaderent. ut gloria sua  
theatrum abiceret: significans se se hoc agere  
non ut athenas euerteret sed ut ciuitati cele-  
berrimae doctissimorum uirorum gloria. florenti  
suae uirtutes probaret. //

Duo pariter reuerosi sese inuicem

accosabant cognoscente philippo audita causa. 129  
pronuntiauit ut alter ex utraque macedonia alter  
Mum insequeretur, hoc graece sonat iucundius

et ad fugientem pertinere. et ad exultantem  
fugientem autem insequimur neutrum igitur ab-  
soluit philippus sed atrunq; damnauit exitio.

quem appareret in loco pulchro  
castra metuari et monebatur. Illic non esse pabulum  
pro iumentis qualis inquit est nostra uita, si  
etiam ad asinorum commoditatem uicere cogimur.

quem arcem quamdam a pra-  
sidium capere destinasset ualde munitam, atq;  
explorantes retulissent prorsus esse difficile atq;  
adeo etiam impossibile: percontatus est eum  
usque <sup>adeo</sup> difficile esset, ut nec asinus auro onustus  
posset accedere. significans nihil esse tam nulli-  
tum quod auro non expugnaretur. quod ipsam  
poeta significarunt fabula Danae a ioue stae-  
pata. sed deum in aurum uerso. unde flaccus  
aurum per medios ire satellites et peruenire  
amat castra potentius ferro

quem hi qui apud casthenem erant que-  
rentes. indigne queferent, quod quidam ex philippi  
copmitatu dicerent ipsos proditores. philippus respondit  
Macedones esse in genio parum dextro. sed plane rusti-



canos qui lignem ~~nihil~~ nihil aliud nosset, uo-  
care quam lignem. Alludens ad illud proverbium  
celebre. Innuit autem illos reuera esse proditores  
Rusticana ueritas. quaque ~~re~~ re sui nominibus  
appellat.

filium alexandrum admoneret  
ut cum macedonibus comiter haberet consuetudinem  
uulgo interim conciliata bene uolentia uires ac  
robore sibi parans dum liceret alio regnante esse  
humanum: Prudenter intelligens ~~ut~~ nulla re me-  
lius constabili imperium quam ciuicum bene uolen-  
tia: ita difficilimum esse iam regni administranti  
erga quoslibet esse humanum. non solum quod regia  
potestas opposita sit inuidia, uerum etiam quod  
resp. non possit esse in clementia. nisi scelera supplicis  
coherceantur. regibus. n. haec tunc temperanda  
est humanitas erga ciues ut interim regiam tu-  
eantur autoritate. nam immodica bonitas saepe  
contemptum parit.

<sup>et idem</sup>  
~~Philippus~~ philippus quem thebis ab eis  
esset philonis thebani auspicio usus est. multis que  
in rex ab eo beneficiis affectus is cum uicissim  
a philippo nihil muneris uellet accipere. ne me  
inquit philippus beneficentia superatum hac laude

126

spolij quod hactenus anemine Beneficiis  
uictus fuerim. O animum imperio dignum  
pulchrius existimauit benefaciendo quam poten-  
tia uincere. —

quum multi bello capti uenderentur  
philippus in auctione sedebat sublata ueste parum  
decore. quidam igitur eorum qui uendebantur  
exclamauit. parce mihi philippe. paternus enim  
tibi sum amicus. philippo uero interrogante. quo pacto  
et unde o homo confecta est hac amicitia. tum  
ille. uolo inquit propius accedens dicere. quum admi-  
sus esset quasi arcani quippiam dicturus. Admitte  
inquit chlamydem aliquantulum. nam ad istum  
modum indecenter sedes. mox philippus. hunc  
inquit. sinite abire liberum nesciebam enim illum  
tibi uere bene uolum et amicum esse non offer-  
sus est rex tantus nec simulatione. nec admoni-  
tione ignoti hominis. sed simul et simulatione  
mutua simulationem rex et tantillum officium  
magno libertatis premio pensauit —

quodam tempore ab hospite quodam  
in uitatus ad cenam inter eundem plures forte  
obuios secum adduxit umbras. ubi sensit hospitem  
turbari. quod tam multis non sufficeret apparatus  
praemisso ad singulos amicos. puero iussit ut placens

seruarent locum. illi persuaridum placentiam  
expectant paululum edebant. ita factum est  
ut cena safecerit omnibus. faceto ioco simul  
et elugit amicos et hospitis pudori subuenit.

Hipparcho Euboico uita defuncto  
philippus pro se ferebat quam illius mortem  
acerbe ferret. itaque cuiusdam uolenti dolorem  
ipsius mitigare dicenti que, attamen ille tempes-  
tate decessit iam nate grandis: sibi qui deor-  
ipii inquit philippus tempestiue decessit. sed  
mihi pro ~~pro~~ opere, Non enim illum anticipauit  
prius quam ante beneficium acceperit. nostra  
dignum amicitia. per quam rarum est. principem  
sentire gratiarum affectus. sed amicis plerique  
non a iure. quam equis utentur dum usui sunt  
curant in utiles factos abiciunt, eosque spoliant  
citius quam beneficio iuuant.

ubi resciuit alexandrum filium  
quasi quod pater ex pluribus feminis gigneret  
liberos sic illum hostatus est, ergo quem plures  
habeas regni competitores. da operam ut  
honestus ac probus euadas at non per me. sed  
per te ipsam regnum obtinuisse uidearis. uir  
prudens uere regia prae datus. non consti-  
tus est filium sed metum illius auxit, quo

magis extimularet ad uirtutem. uidicans  
illi non aliter sperandum paternum regnum  
nisi se successionem dignum praebere, nec tam  
mao num esse, regnum adipisci quam regnum  
promeruisse. —

127  
Eundem sortabatur ut auscultaret  
Aristoleli cui traditus erat instituendus daretque  
operam philosophiae. tu inquit multa committas  
quae me fecisse nunc poenitet. perspexit egregius  
princeps. neminem philosophiae expertem regno  
idoneum esse. nec puduit fateri se multa per erro-  
rem fecisse porperam. quod ateneris unguiculis  
philosophiae praecipis non fuisset imbutus  
nam qui experimentis discunt. ad ministrare  
regnum. licet ingenio felicissimo nati sint  
tamen et sero et magno reipublicae malo. tandem  
euadunt boni reges. atqui philosophiae praecipis  
premunitus accedit. si adsit mens integra. uix  
poterit ab honesto deflectere. ubi sunt interim  
qui literas ac philosophiae studium. clamant. ad  
reipublicam ad ministrandam procerus inutile. —

ex antipatri amicis quendam  
in iudicium numerum ascripserat uerispost. ubi  
cognouit illum tingere barbaram at capillos  
sub mouit eum dicens. qui in capillis fides non esset  
eum in rebus gerendis non uideri dignum

cui fideretur. fisco utebatur intrinsecis  
capitulis. ubi non multum erat lucri, multo  
magis usurus erat. fisco in publicis negotiis  
ubi dolus interdum ingens adfert emolumenta,  
et hanc oportet regum praecipuam esse curam,  
ut cognoscendis causis viros praeficiant  
in corruptos. id quod fieri potest, ubi vendantur  
iudicandi munia, et is designatur iudex non  
qui vir melior est, sed qui ad dandum prior  
aut largior. aut apud philippum nec antipatri  
tantum valebat autoritas quin suspectum  
e iudicum ordine moueret.

Harpaletus pro <sup>cratete</sup> ~~Mitote~~ propinquo  
ac familiari suo qui iniuriarum postula-  
batur, petit apud philippo ut reus multam qui-  
dem solueret, sed a causa liberatur ne dam-  
natus hominum maledictis exponeretur  
hic vero philippus praestat inquit ut ipse  
male audiat, quam ut nos propter illum  
indulgebat amicis. sed quatenus licebat, inte-  
gra iudicij opinione.

in exercitu quem multa som-  
pore dormisset, ex perrederet. tuto inquit dor-  
mivit. uigilavit enim. antipater subindi-  
cans non esse regium indulgere somno. pre-

est in bello sed tamen hoc interdum abs-  
que periculo fieri si rex habeat fidum ac  
vigilantem praefectum. ita cum Aude amici  
suam excusavit somnolentiam.

Rursus evenit ut inter diu dormi-  
ente philippo, graeci qui multi simul ad ostium  
conuenerant. indigni ferent, reorantque in-  
casarent, quod ob illius somnolentiam non  
statim admitterentur ad colloquium: hic  
Parmenis sic regi patrocinatus est. ne minime  
inquit si nunc dormit philippus. nam quum  
uos dormiretis hic uigilabat. significans  
graecis negligentem rem gerentibus philippum  
illis fuisse praesidium

anuj cui dam paupercula phili-  
ppum appellanti. ut causam ipsius cognosceret  
quum hac flagitatione frequenter obstrepere  
illi respondit. sibi non esse sciam. quumque  
anuj in clamasset, proinde ne rex quidem esse  
uellig: philippus admiratus amicala liberam  
uocem non illi solum praebuit aures uerum  
etiam alios audiuit. hoc idem latini tribuunt  
Adriano imperatori.

philippus quum audisset filiam  
suam quodam in loco aite cecidisse. ciuilitate uir  
gavit dicens. non te tui pudet. qui noxas tam belle.

canere? significans alias artes esse regi dig-  
niores. —

idem in palestra prostratus quum  
surgens in pulvere uideret corporis uestigium  
Pape inquit ut minimam terrae partem natura  
sortiti orbem appetimus uniuersum? utinam  
hoc dignum in haerisset aë filij cuius ambitioni  
orbis fuit angustus. —

Philippus alexandrum  
prolet filium oburgans quod largitionibus  
macedonum bene uolentiam <sup>ve</sup> confederatur. quae  
te malum inquit ratio in istam spem induxit.  
ut es tibi patres fore fideles quos pecunia corrup-  
tis. antuidagis ut Macedones te non regem  
suum sed praebitorem putent?

Athenienses legationem ad phi-  
lippum miserant. ea benigne audita ut  
humaniter dimitteret, iussit illos dicere. quae  
in re gratum facere possent. Atheniensibus  
hic demochrates excipiens <sup>rogat</sup> si te ipsum inquit  
supplendas is. demochrates excipiens unus  
fuit e legatorum numero ob linguam procatiam  
dictus parthusiastes. ob tamen inhumanam  
repposum indignantibus reppis amicis phi-  
lippus compescuit eos iussit quae ut Thersites  
illum in columam dimitterent, tum ad cetera

129

leo atque conuenit. Penuntiate inquit athe-  
nensibus multo superbiores esse qui ista di-  
cunt, quam qui in pugnae dicta audiunt, tales  
denum animi regno digni sunt.

# ALEXANDER MAGNUS

In philippi dictis nihil erat quod pra-  
ter urbanitatem non etiam ad bonos mores con-  
duceret. nec uideo quem philippo iungamus  
congruentius quam filium Alexandrum, is puer  
etiam <sup>cum</sup> num philippus pater multa praecclare  
felicitateque gereret, nequaquam eo gaude-  
bat, sed ad pueros aequales ac collataneos di-  
debat. pater mihi nihil relicturus est illis  
contra dicentibus. Imo haec omnia tibi parat  
quid profuerit inquit alexander. si multa  
possidens agam nihil & iam tum cognoscas  
scintillam indolis ambitiosae et irrequietae  
idem quem leuitate corporis ac  
pedum ~~esse~~ celeritate polleret. patri hor-  
tanti ut in olympis stadium decerneret, fa-  
cerem inquit si ~~regis~~ habiturus essem conser-



Patres et hic agnoscat excelsum nec cuiquam  
facile cesserum in certamine laudis et im-  
perij. nondum erat rex. et tamen non signa-  
bitur nisi cum regibus committi.

quem puella multa nocte  
ad alitandum esset deducta. cum eo dormitu-  
ro, rogavit rex ubi fuisset tandem. illa  
respondente. se expectasset donec maritus esset  
cubitum, ministros accitor. acriter obviavit  
reducite inquit hanc parum enim absuit  
quin uestra culpa fuerim factus adulter.  
Gregium castitatis exemplum. tum in iuvene  
tum in rege. nam apud illos singlet stuprum  
pro nullo crimine habebatur. apparet autem  
hinc fuisse mortem. qui ad huc durat in Italia  
ut uxores recubarent a viris. nisi si quando  
uo carentur.

Alexandro puero diis largius  
facienti suffitum ac sub inde ad thurum accurrenti  
Leonides illius pedagogus. qui tunc aderat.  
heus puer inquit, tum large facies suffitum  
cum regionem deiceris, quae thurum gignit, post-  
quam eam regionem obtinuerit. memor  
eius dicti, hac sententia scripsit illi literas  
mitto tibi thurum et aspidem talenta aliquot.

ne post haec

130

Nec post hac parcus sis erga Deos quorum  
non ignores nospositos regione adores gign-  
sente. —

Ad granicum martem exper-  
turus hortabatur, Macedonum ut affatim  
pranderent, ueluti postidie exhortium  
comneatu cenaturi praesens animus ac de  
belli euenta fidens ac securus. —

Perillus unus ex amicorum  
alexandri numero filiabus suis ab alexan-  
dro dotem petiit, iussit rex illum capere  
talenta quingua ginta. cunqve is respondi-  
isset, decem satis esse tibi quidem inquit satis  
est tantum accipere. mihi uero non satis est  
tantum dare, Priclare dictum nisi uirtutis  
in doleni ambitio uitia esset. —

Anarcho philippo iusserat, quod-  
cum dare quantum cunqve ille postulare  
quomqz quae stox audita postulatiore turbatus  
alexandro indicasset philosophum petere  
centum talenta. Recte inquit facit. cuius  
se amicum habere qui tantum dare et possit  
et uelit. Hic dubites utrum potius admirari  
oporteat, regiam re libera litatem in donando  
an philosphu improbitatem in postulando, nisi  
malumus hanc uocare fiduciam. —

Mileti quum uideret multas sta-  
tuas eorum qui in olympis ac Pythiis uicerant  
easque per grandes et ubi inquit erant tam  
magnam corpora quum barbari uestram  
urbem obsiderent. salse taxauit Morem  
Stultas ambitionem qui gloriarentur his  
qui corporum magnitudinem uiribusque pres-  
tantes in ludicris certaminibus uictoriam  
reportassent, quum in tantis periculis nulli  
fuissem, qui ad uersus barbaros se tales  
præberent.

quum Regina Carum Adas illud tra-  
beret, studio ut alidius mitteret, Alexandro  
sponsa belharis que pentalicum Perum ar-  
chitectos coquosque magna arte parata. Alexan-  
der ait se ipsum habere. meliores sponsum  
artifices ad prandium quidem nocturnum  
iter ad cenam uero tenuerant prandium.

quodam Tempore quum omnes ad  
prelium aparatis interrogaretur. nunquid aliud  
præter hæc fieri uellet. nihil inquit. nisi  
ut macædonum barba radantur. hoc dictum  
quid sibi uellet. admirante parmerione  
an raris inquit in prelio nullam ansam  
miliorem esse quam barba significabat

quomirius esse pugnandum in quo genere cer-  
tamin<sup>is</sup> barba efficiunt, quod his milites fa-  
cillime possunt apprehendi. //

Varius obtulit has condiciones Ale-  
xandro ut ab ipso acciperet talentorum decem  
milia. et insuper a siam secum <sup>et</sup> equo partiretur.  
id quem Deucant Alexander, eos inquit. Par-  
menio accepissem si Alexander essem. et ego in-  
quit Alexander. si parmenio essem. Dario vero  
hunc in modum Respondit. neque terram  
duos soles. neque a siam duos Reges ferre posse.  
et hic animi celsitudinem probare possis. nisi  
dictum impotentiam quandam dominendi  
saperet. //

quem in arbelis de rerum summa  
periclitaturus esset. conficturus. cum mille  
hominum, millibus ad pugnandum instruc-  
tis. adierant illum milites aliquot ipsi  
bene volentes deferbant que ceteris. quod  
in castris inter se miscerent. sermones. cons-  
pirarent que. ne quid praeda in Regium tento-  
rium deportarent, sed ipsi totum in suam  
verterent lucrum. His auditis subigit Alexan-  
der. frustra inquit nunciatis. siquidem au-  
dio sermones virorum ad vincendum non

ad fugiendum animatorum. nec illi  
Fessit equitatio: plurimi namque milites  
Regem adire dicentes. Bono animo esto rex  
neque metuas hostium multitudinem, ne  
pedorei quidem nostrum ferre poterunt. —  
idem instructa iam ad prælium acie. cur  
cerneret militem quendam id temporis  
amentum. Reo adaptantem ut inutile  
submovit ab exercitu, qui tum demum  
apparet arma. quum his utendi tempus  
adesset. hoc inter strategemata magis com-  
memorandum erat, quam inter apotheg-  
mata. quemadmodum et hoc quod subiicias  
legebat Alexander epistolam a matre  
missam. qua arcanæ quædam et calumnias  
adversus Antipatrum continebat, simulque  
ut idlet. cum Rege legebat. Hephestion. nec  
cum Rege crevit legere. sed prebata epistola  
anulum signatorium e digito detractis  
illius apposuit. hoc gestu admonens. ut ar-  
cana contineret, exemplum insignis. de  
amico fiducia tum etiam humanitatis.  
de grege qui calumnias latius spargi  
noluerit, licet in visum haberet, Antipatrum.  
In Ammonis templo quum a vate

dictus esset Jovis filius. nihil inquit mirum  
 nam Iupiter. omnium quidem natura. pa-  
 ter est, sed ex his optimis quosque peculiari-  
 ter suos facit. Modestissime interpretatus  
 est oraculum. nam ceteros per adulationem  
 dixit vultum filium Jovis. quasi si e Jove  
 profectus esset, quem admodum Hercules cre-  
 ditus est esse Jovis filius. Alexander fassus  
 est Iovem natura autorem. ac parentem  
 esse omnium. sed eos demum peculiariter  
 pro suis filiis agnoscere, qui virtute ac pro-  
 clare gestis proxime ad divinam naturam.  
 accederent. ea est omnibus benefacere. //

quem in bello cras esset illi sagitta  
 vulneratum. multi<sup>q</sup> accurrerent. qui ipsum  
 frequenter deum appellare conueverant. ex-  
 pectata hilarique fronte ad Homeri carmen  
 ad Hudonem. dixit. hic sanguis est, quem videtis  
 liquorque qualis solet emanare beatis. ni-  
 mirum iridens adulatorum vanitatem  
 quem ipsa res de claret ipsum nihil aliud esse  
 quam hominem. Alludit autem ad locum  
 Homeri. Iliad. ε. ubi narratur. Iunus a Dio-  
 mede vulnerata //

Non nullis Antipatri fragilitatem lau-  
 dantibus quod alienam ob omnibus delictis

austeram que vitam ageret. foris inquit an-  
tipater albo utitur pallio. intus vero tussit  
purpureus. notans. fictam illius parimoniam  
quem esset aliqui ambitiosissimus.

quum hieme frigidaque celo apud amicum  
quendam conuiuio acciperetur. uideret que focalium  
originum et ignis puuillium: aut ligna inquit  
infert aut thuy. subnotans. conuiuatorum  
lignis suis parcere. perinde. quasi thuy essent  
cum in frigore tanto nec thuy parcendum  
esset. simul ratis esse ignis ad faciendum  
suffitum diis. at parum ad depellendum frigus.

quem apud Antipatridem cenaret  
isque ad cenam formosam praetorianam indu-  
xisset. Alexander aspectu mtrus in illam  
exarsit. mox rogauit antipatridem num  
quid ipse mulieris amore teneretur? illo  
confitente. o scabeste inquit. non tu probris  
abduces. e conuiuio mulierem. quantum  
ille animus aberat, a constraigenda. alie  
na uxore. qui tantopore sibi metuit ab  
amica hospitii.

Pursum cum cassander Pythionem  
eius tibi cinis amarium per uicium osculare uellet  
id que euium agre ferentem sensisset Ale-  
xander iratus exiit. in cassandrum. cla

mare. ita neper nos ne amare quidem. quic-  
 quam liceret non satis erat regi. si se ipsum  
 præstaret continentem. nisi et prefectos haberet  
 suis similes. quando autem potius fuisset  
 a suis per vim construpari filiam aut uxo-  
 rem honesti civis. qui tibi in nos amorem  
 etiam ab osculo voluit esse inviolatam. de-  
 nique quod dices pararent arbitratum est  
 ad se pertinere.

quem e macedonum numero. ad  
 mare remitteret. valetudinarios ac multos  
 debilesque proditus esse quidam. qui se inter  
 egrotos ascripserat. cum non egrotaret. is  
 quem ad Alexandri conspectum adductus  
 esset. et examinatus. fateretur se morbum  
 prætexuisse ob amorem Telesippe. quæ ad mare  
 fuerat profecta: percontatus est Alexander  
 cui negotium retinenda ad exercitum  
 Telesippe ut nobiscum maneat. nam uim  
 ad mouere libere non est prostrum. sic in  
 dulgit amori strenui militis quem in ex-  
 ercitu retinere cupiebat. ut ingenuam mu-  
 lierem redire nollet nisi persuasam.

quem greci qui apud hostes stipen-  
 dium faciebant. uenissent. in potestatem.

delegasset. egerunt  
 ut cognoscerent eam et  
 eam persuaderemus  
 igitur inquit o Anage-  
 nes Telesippe.



Alexandri Athenienses quidem iussit in  
coepidibus seruari: quod quum ex publico  
Stipendium haberent, tamen apud hostes  
meruissent. similiter, et Thessalos quod  
regionem optimam nati. non tam cohererent,  
Thebanos uero dimisit dicens: his per nos  
nihil est, reliquum. neque ciuitas. neque  
agri, ita moderatus est poenam. ut mortis  
commeritis non indiceret nisi uincula  
et culpam eorum. qui necessitatem  
excusare poterant: in se transtulit.

ex in diu quendam sagittandi arte  
cum primis celebrem adeo ut etiam per  
annulum sagittam mittere diceretur. quum  
in bello cepisset iussit artis suae specimen  
edere: recusantem iratus rex. necari  
iussit, cum duceretur homo dixit. his  
a quibus ducebatur, se multis diebus  
non exercuisse autem eo quod timuille  
ne aberraret. id ubi renunciatum est  
alexandro. quod non contumacia. sed  
ignominia metu recusasset, admiratus  
ingenium gloria studiosum. dimisit  
illum donatum eo quod mortem optate  
re maluisset, quam fama sua uideri

indignus. hic apparet non omnino uanum esse quod proberbia iactatum est simile. simili esse amicum. Alexander gloriā supra modum appetens. similem affectum in aliis amabat. =

Taxiles unus e numero regū india occurrens Alexandro. sic illum affatus est. prouocote inquit. non ad pugnam neque ad bellum sed ad aliud certaminis genus. si inferior es nobis accipe beneficium, sin superior. nobis benefacito. cui Alexander at qui inquit de hoc ipsum inter nos certandum est. uter benefacientia superet alterum, et humanissime complexus illum. non solum. non spoliavit ditione. sed auxit etiam. =

quem audisset de rupe quadam apud indos qua de sublimitatem uelut auiibus in accessu dicitur. quod ipse quidem locus expugnata difficilis esset, sed qui eum tenuere formidolosus, nunc inquit locus capte facilis est. significans nihil prodesse munimenta. nisi uiri fortis ea tueratur. Ars enim non tam fossis ac muris. tuta est quam uiris. =

quem alius quidam rupem fere-  
ret in expugnabilem. ut putabatur. semet  
Alexandro dedit. at Alexander. non  
solum eius ditioris. principem esse iussit  
verum etiam addidit dicens. hic homo  
mihi videtur sapere. qui semeluit bono  
viro quam loco munus concredere.

Pupe capta cum amicis dicerent  
illum egregijs gestis. herulem superasse  
atque inquit. meas res gestas. in imperio re  
verbo quidem cum his quae gessit. hercules  
arbitror conferendas. adlabantur. illi  
sed huius animo nulla satis faciebat adu-  
latio.

quosdam ex amicis multavit  
quod in ludo a lea sensisset eos non ludere  
siquidem multi sunt. qui in hoc ludo. ve-  
lut in re maxime seria versantur. non  
enim ludunt qui fortunas suas omnes in  
perdum et liberos a lea permittunt arbitrio.

Xenocrati philosopho. quinquaginta  
talenta dono misit. ea quum ille  
recusasset accipere. dicens sibi non esse opus.  
in terro gavit an re. amicum quidem illum  
haberet cui esset opus nam mihi inquit  
vix darij opes in amicos suffecerunt.

Hic

hic utrius animum magis admirari conueni-  
at nondum status regis. ne tam ad libera-  
litatem propensum. anphilosophi: qui tan-  
tum munus a tanto rege ultro delatum  
remiserit.

Porus rex ab Alexandro de-  
uictus quem ab eo post pugnam rogaretur  
dicente quomodo te tractabo? regaliter ait.  
Rursus subiicienti Alexandro. numquid  
etiam aliud. omnia inquit. Porus complectitur  
hoc uerbum regaliter. Alexander et pruden-  
tiam et fortitudinem uiri admiratus. la-  
torem ditionem illi addidit ea. quam pri-  
us obtinuerat supplicii. et ad pedes abiecto  
minus concessisset adeo diligebat. animo  
sui iuuenis impavidos animos. quintus  
Circius aliquantulo secus narrat. interro-  
gatus Porus. quid ipse uictorem statuere  
deberet. fenseret. quod hic inquit dies tibi  
suadet. quo expertus es quam esset caduca  
felicitas submisit reoem. ut modeste  
sua fortuna uteretur. memor ipsi posse  
accidere quod acciderat Porro.

quem accepisset esse. quendam  
que conuiciis ipsum impeteret. Regium est  
inquit. cum facias bene audire ma te

nihil hoc dicto generosius. quamquam  
 idem et alijs ascribitur. //

Morti proximus ad amicos re-  
 piciens dixit magnum epitaphium. uideo  
 futurum: presentiens res ab ipso gestas  
 multorum eloquentia celebrandas nec  
 eum sua fefellit diuinitio. //

Cum Danij filias haberet. capi-  
 tiuas demissis oculis eas salutabat. idque  
 raro sibi metuens ab illarum insigni for-  
 ma apud familiares autem dicebat  
 dolores oculorum sunt. perfecta puella. //

Dicto uetuit ne a quoquam pin-  
 geretur præterquam ab Apelle aut a quoq-  
 ere sculperetur præterquam Alcippe an-  
 tificibus illius ætatis præstantissimis.  
 nam hoc quoque iudicabat ad principis  
 dignitatem pertinere. cum Cherylo poeta  
 pactus erat. ut pro unoquoque bono uersu  
 Philippicum acciperet aurum aureum pro  
 malo colaphum. //

idem interrogatus ubi suos reconde-  
 ret thesauros. apud amicos inquit: significans  
 facultates nusquam reponi tutius quam enim  
 res postulet redeunt ad se cum fenore. //

quum nancius quidam gaudio-

gestiens porrectaque manu accurreret. rem prospere gestam narraturus. quid mihi bone uis magne renunciabis nisi nunciis horum reuixisse? significans somnium preclare gestorum gloriam abolendam nisi contingeret talis praece qualis fuit Homerus.

Civitas quaedam ut ab armis alexandri quietem haberet obtulit illi partem agrorum et praeterea rerum omnium dimidium. cui sic respondit. hoc animo ueni in aetiam non ut acciperem quod deditis. sed ut uos haberetis quod reliquissetem.

Alexander habebat eudem cum philosophum. sed quous parasito adulationem. hic quem aliquando tenaret uehementer adeo ut omnes expauescerent. dixit Alexandro quoniam tu tale quippiam facis. alexander fili iouis. at ille non ferens tam abiecti philosophi uocem ridens ait, nolo enim formidabilis esse quemadmodum tu medoce qui satraparum ac regum capita me iubet. super cenam opponere. sic Athenus, Plutarchus inuita secas aliquando, quid mihi succentes quod pisces opponam in conuiuio ac non potius satraparum capita?

Alexander quem hujome duceret,

exercitum assidens igni recognoscere pre-  
ter cunctas copias cepit. quumque uideret. se-  
nem quendam horrentem frigore. et ad ignem  
stantem confidere. locusio dixit iussit di-  
cens. si in Pergide natus es in Regia sella  
sedere tibi capitale foret. in Macedonia nato  
conceditur.

Alexander etiam nem adulescentem  
uidens. patrem Philippum equum praefocem  
nec ullum sensorem tergo patientem. uelut  
inutilem abiectum ire qualem inquit equum  
isti perdunt. dum illam per imperitiam ac  
maldiciam uti nesciunt. quumque mira arte  
sine uerbis tractasset equum tandem  
conscensum ad uersam admisisset. tum calci-  
bus usus est. ac molli ter flexis habenis. quum  
equum reduxisset descendens caput exor-  
catus pater. aliquid. inquit o fili tibi par-  
reconuere quando iam te non capit. Mace-  
donia. Praeragit. uir prudens tam excolta  
indoli non affecturam paternam ditionem.  
sed equus ille nos admonet. multa bene  
nata. ingenia perire. uitis instituentium  
qui fore nesciunt imperare. nisi ex equis ge-  
neros rediderint asinos.

idem Aristotelem. cui puer fore mandus

fuera traditus summa ueneratione prosequer-  
bat. dicens se illi non minus quam patri debe-  
re quod a patre uiuendi a preceptore bene uiuen-  
di initium accepisset.

quem Pirata captus ad ipsum  
deductus esset rogatus quare factus auderet  
infestare maria. compendio respondit. ego  
inquit quoniam id uenico nauigiolo facio  
pirata nominor. tu quem idem facias magna  
classe rex appellaris. Alexander admiratus  
intrepidum animum, donauit illi uitam.

idem delphos profectus quem  
sacerdos negaret se consulturam deum. q  
dies essent ieiunij. quibus ne oraculis qui-  
dem loqui phas esset uisportro secum  
sacerdos templum ascendit. quam que illa  
importunitate victa diceret. in uictus <sup>mulier</sup> ~~ep~~ fili  
satis, inquit Alexander oraculi est. mulieris  
uocem responsi loco dicens.

Postea quam in expeditio-  
nem profectus regias omnes pene opes in mi-  
lites adducet. Distribuisset. roganti perdicca, quid tibi nunc Rex  
has inquit nobis commilitonibus tuis futura <sup>superest. per</sup>  
communis est. et praediam. quod ipsi desig- <sup>inquit. hic per</sup>  
narat alexander. recusauit. tanta erat. fidu- <sup>deca</sup>  
cia bene successarum expeditionem.



Idem in initio quem in caupis capita  
libus sederet iudex. accusatori alteram aurem  
occludebat. Rogatus quare id faceret. alteram  
ram inquit integram seruo reo. —

quem Philoxenus classis praefectus  
a Alexandro scripsisset, Tarentinum quendam  
Teodorum esse apud se. pueros habentes  
in signi forma uenales. si uellet emerere  
in digne tulit apud aequales. subinde  
clamitans. quid in me Philoxenus. tam  
obscœnum animaduertit. ut mihi tantum  
proberi conciliaret. —

Quisam ex quo naturae quomodo  
uideret milites deterreri fluminis. quod  
civitatem praeter labitur profunditate  
exiliit. o me omnem deterrimentum exclamans  
qui natare non didicerim. moxque clipeo  
proscubere innixus primus nauauit. —

illam profectus Achillis statuam  
coronans. o re felicem inquit achilles. cui  
uiuo talis amicus. mortuo raptus contin-  
gerit praeco. de Patrolo loquens. et homeram  
quorum ille fidelissimus achilli fuit amicus  
sui defunctum iliade tota celebravit. —

Duabus potissimum rebus. quae  
deus a multis predicaretur. de quomodo talis

esse<sup>t</sup> deprehendere dicebat somno et coitu  
quod haec praecipue proderent humani corpo-  
ris imbecillitatem. ad caetera invictus erat  
somnia enim mortis imago est, et coitus spe-  
cies est morbi comitalis.

Darij regiam ingressus, quum  
vidisset sublime cubiculum et incostratum,  
mensas, caeteraque omnia mirifico ornatu in-  
structa, stercine inquit erat imperare, sentiens  
non esse Regium huiusmodi delictis indulgere.

quum de lato ad ipsum scriniolo  
quo nitebat inter opes Darij preciosius, pulchrius  
ve reperi tum est, <sup>et</sup> quaereret in quem usum  
destinandum esset, alijs aliud suadentibus  
dixit huic optime servandus <sup>si</sup> Latrus. Homerus  
sentiens, nullam esse thesaurum illo pretio-  
siorum. ita visum est iuveni, qui se totum  
ad exemplar Achillis componebat.

idem hortante Parmenione  
ut noctu hostem adhoriretur, aliqui sum-  
mum fore discrimen, si palam, cum tanta  
multitudine martem experiretur, siquidem  
ex fragore procul velut, e pelago resonante  
conjectabatur immensum esse numerum  
non furor inquit videtiam: recusans tenebra-  
rum praesidio vincere.

quum legisset prolixam

epistolam ab Antipatro scriptam in qua  
multa inveniunt adversus Olympiadem  
calumniam. ignorare videtur. inquit Anti-  
pater quod una matris lacryma multas  
delebit epistolas. —

quam sensit. sororem sciam  
cum juvane quodam elegantiforma consue-  
tudinem agere. nihil offensae se reddidit  
concedendum esse ut illa quoque aliqua  
ex parte regno frueretur: multum dissen-  
tens ab animo Caesaris Augusti. qui nihil  
acerbius tulit. q̄ filiae neptiumque lasciviam. —

quam audisset Anna reginam  
dissertentem innumerabiles esse mundos  
illachrymasse dicitur. Rogantibus nunquid  
accidisset lacrymis dignum: annon videor.  
inquit merito flere. qui quum mundi sint  
innumerabiles. nos nondum unius digni  
facti sumus. —

philippus a triballibus in praevio vul-  
~~neratus~~ neratus est femore lancea trajecto.  
opera chirurgi. liberatus periculo mortis  
dolebat claudicationis deformitatem con-  
tractam manere. cui Alexander neve-  
rearij inquit in publicum prodire sed  
gradum moriens. virtutis tuae potius me-  
mineris hoc et alij ascribitur. —

L 39

Siquando in colloquijs aut conuiujs  
incidisset contentio de carminibus Ho-  
meri abij alia preferentibus. hoc unice  
probavit Alexander.

id est dux bonus atque  
idem validus pugator in armis.

quodam tempore Darij mu-  
lires inuicit una cum Hephestione  
hunc quem esset eodem ornate quo rex  
corpore etiam maior. Syngambrij. Darij  
mater pro rege adorauit. eadem quem  
ex nutibus adstantium intellexisset  
errorem. suum perturbata deuotus mater salutauit Alexandrū  
quod turberis nam et hic Alexander est tunc Alexander nilest  
sentiens amicum esse alterū Alexandrum.

quem in Hammonis templum  
uenisset. sacerdos grandaeus illum saluta-  
uit salue fili et hanc appellationem  
ad te habeo. Tuum Alexander accipio eam  
o Pater. et post haec patiar. tuus dicitur mihi  
totius orbis dominium concesseris. sacerdos  
Recepit se intro et quasi consulto deo. respon-

dit. iuueni certo promittere quod peteret. hic  
Alexander. scire cupio num quis super-  
sit, inultus esrum qui patrem meum  
inter fecerunt. ad haec sacerdos. Philis

ppr. inquit, interfectores omnes dedere penas.  
sed patri tuo nemo mortalium potest tendere  
insidias. signi frans illam esse iouis non  
philippi filium. //

quum darius numerosissim<sup>m</sup> exer-  
citum instruxisset, Alexander profundissi-  
mo somno correptus est, adeo ut nec inter-  
diu potuerit exurgisci: tandem imminente  
periculo amici ingressi regem excitant,  
qui cum dicerent, se mirari in <sup>re</sup> ~~est~~ statu  
tantam regis securitatem, magna inquit  
Alexander animi molestia, me Darius  
liberavit, qui vires suas omnes in unum con-  
